

9. Alexander IV. papa, Russiam regi Lithvanie permittit subiugare.

257

Cum sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, tu contra regnum Russie ipsiusque habitatores in infidelitatis devio constitutos, indefessa strenuitate decertans, nonnullas terras ipsius regni tue subiugaveris ditioni, nos attendentes, quod te terras habente predictas, vicina paganorum et infidelium regiones, de facili poterunt tuo dominio subici, et acquiri cultui Christiano; tuis benigne precibus annuentes, prefatas terras tibi tuisque successoribus, absque Catholicorum quorundam preiudicio, auctoritate apostolica confirmamus. Datum Neapoli secundo nonas Martij anno primo.

Alaudes in parte. Rursum in parte.

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.